







IESVM  
RECENS. NATVM  
TAMQVAM  
**CONSILIARIVM**  
**OPTIMVM**

IPSO. ANNIVERSARIO. NATIVITATIS. DIE  
M D C C XXXIII  
AVSPICATO. RECVRRENTE  
PIA. ANIMI. RELIGIONE  
DECANTANT

**SCHOLAE. CATHEDRALIS**

ALVMNI. PRIMO. ORDINI. ADSRIPTI  
INTERPRETE  
**M. IO. GOTTL. BIDERMANNO**  
RECTORE.



**NVMBVRLI,**

IMPRIMEBAT. IO. GEORG. LAITENBERGERVS  
LITTERIS. ROSSOEGELIANIS.

AK





referbuerunt æquora Martia,  
 Et præliandi detumuit furor:  
 Hiberna uotis expetita  
 Miles adit pede concitato.  
 Deliberatum nunc coeunt duces,  
 Momenta iusto mentis acumine  
 Qui ponderant, summamque reram  
 Consiliiis agitare tentant.  
 Non quippe uirtus est minor, horridis  
 Nauem procellis expositam diu,  
 Entauigatas post Charybdes,  
 Ad patriam reuocare portum;  
 Quam per sonantes ambiguis uis  
 Fluctus ad imum iam barathrum rapi,  
 Iam prouchi nubes ad altas,  
 Vixque ratem laceram referre.  
 Nec pauciores laudis adoreas  
 Merentur, almam consiliiis piis  
 Post bella qui pacem refingunt,  
 Quam bene qui meruere pugnis.  
 Vis consilii expers mole ruit sua:  
 Vsu probata est regula. Quam salus  
 Hoc fonte deriuata multa

In patriam populosque fluxit! (\*)  
 Hac fultit olim laude Themistocles:  
 Fama superstes uiuit Hephæstion  
 Viuunt Catones & Camilli,  
 Scipiadae, Zopyri, Philotæ.  
 Et nulla uestram sæcula gloriam  
 Obliterabunt, Parmenio, Mari,  
 Ruffine, Perdicca, Cethege,  
 Antipater, Meleager, Aiæx.

(\*) Parua sunt foris arma, nisi e& consilium domi. Cicero, Offic. L. I. c. 22.



Nec, Gracche, nomen posteritas tuum,  
Nec Pollionem, nec Cyneam suis

Chartis inornatos filebit  
Per titulos memoresque fastos.

Hæc uestra nullis in tenebris lateat  
Virtus, sagacis consilii uigor

Mutis sepulcris aridoque  
Fama uiret cineri superstes.

Quod perspicaces consiliiarii  
Et dimoueri tramite nescii,

Trabalibus firmata clauis  
Publica commoda facitastis.

Quod mancipatos Attalicis fide  
Semel dicata conditionibus

Veri tenaces atque iusti  
Non rapuit malefamus æstus.

Qualem, rebelli qui uehitur mari  
Exercitatus, non Hyadas timens,

Nauem gubernator reducens  
Per scopulos dubiasque syrtes,

Famam capessit nomen & inclytum  
Cuius perennis gloria personat,

Vndas, inextinctumque cuius  
Oceano iubar enitescit:

Talis manebit laus decus ac honos,  
Quæ comparastis conspicua fide

Et consulendo muniistis,  
Vt superent, truculenta fata.

Ast, ô inanes consiliiarios!  
Vbi supremi dextera Numinis

Nisû refragatur potenti,  
Consilia irrita redditura.

Quantum supremum distat ab infimo,  
A re creata conditor & fator,

Aeternitas a uanitate,  
A tenebris mera lux diei:

Diuina tantum consilia intèrest,  
Et quæ sagaces terrigenæ ferunt.  
Languent, laborant & fatiscunt,  
Cœlipotens nisi fulcit illa.  
Hac mente CHRISTVS, filius unicus  
Patris supremi, *Consiliarius*  
Et audit, & se præstat illum,  
Quem ueteres cecinere uates.  
Qui forte nostra tactus, ab ultima  
Aetate mundi consilio potens,  
Non noluit nos gratioso  
Præsidio miseros iuuare.  
Suafu scelesti quum cacadaemonis  
Felicитatis congenitæ gradu  
Nos excidissimus dolendi,  
Consilio uacui probato;  
Hic expetitus consiliarius  
Nostri misertus tempore commodo  
Accedit, & nos inter ipsos  
Hospitium sibi uile sumit.  
Salue, colendi progenies DEI!  
Seu uis uocari Consiliarius,  
Immanuel seu uis uocari,  
Qui reparas hominum salutem.  
Nos, euge! fratres, consilio, tui  
Quod suscipis nunc, officii memor,  
In forte ferali gubernata,  
Rebus & in dubiis secunda.  
Sic non timemus tetrica classica:  
Circumsonantes sic strepitus breui  
Mutantur in tranquillitatem,  
Et facili potiemur anno.

anno quo

De V: MagnVs Consilio & potens a VXLLO exhibebat Vx. *Jeremo*  
XXXII, 19.

\*

\*

\*



78 M 496

ULB Halle  
001 618 148



3

TA-206

617







IESVM  
 RECENS. NATVM  
 TAMQVAM  
**CONSILIARIVM  
 OPTIMVM**


IPSO. ANNIVERSARIO. NATIVITATIS, DIE  
 M D C C XXXIII L  
 AVSPICATO. RECURRENTE  
 PIA. ANIMI. RELIGIONE  
 DECANTANT

**SCHOLAE. CATHEDRALIS**

ALVMNI. PRIMO. ORDINI. ADSRIPTI  
 INTERPRETE  
**M. IO. GOTTL. BIDERMANNO**  
 RECTORE.

**NVMBV RGI,**

IMPRIMEBAT. IO. GEORG. LAITENBERGERVS  
 LITTERIS. ROSSOEGELIANIS.



Farbkarte #13

B.I.G.

